



# DISPV TATIONES DE ENTE METAPHYSICO, EIVSQVE DIVISIONIBVS.

S V M M A  
Dicendorum in prima Dispu-  
tatione.

**N**UMERO primo aperitur modus procedendi. Num. 2. Explicatur succinctè natura Metaphysica. Num. 3 Indicatur de quibus agendum sit in prima disputatione. Num. 4 Quotupliciter sumuntur ens? Num. 5. Authores ostentantur. Num. 6. Quotplex sit conceptus entis? Num. 7. Opiniones Authorum. Num. 8. Ponuntur rationes contra unitatem conceptus formalis. Num. 9. Rationes afferentes conceptum formalium. Num. 10. Satisfactio rationibus positis contra unitatem conceptus formalis. Num. 11. Diluantur rationes positae pro unitate conceptus formalis. Num. 12. Ponuntur rationes contra unitatem conceptus obiectui. Num. 13. Rationes pro unitate conceptus obiectui. Num. 14. Soluntur rationes posita contra unitatem conceptus obiectui. Num. 15. Soluntur rationes facientes pro unitate conceptus obiectui. Num. 16. Datur unitas conceptus formalis. & probatur. Num. 17. Datur unitas conceptus obiectui. & probatur. Num. 18. Agitur de præcisione conceptus obiectui. Num. 19. Ponuntur rationes contra præcisionem formalem. Num. 20. Ponuntur rationes pro præcisione formalis. Num. 21. Soluntur rationes posita contra præcisionem formalem. Num. 22. Soluntur rationes pro præcisione formalis posita. Num. 23. Concluditur dari præcisionem formalem. Num. 24. Agitur de contractione entis ad inferiora. Num. 25. Ponuntur rationes pro predicatione entis in quid de suis inferioribus. Num. 26. Ponuntur rationes contra predicationem entis de suis inferioribus in quid. Num. 27. Soluntur rationes probantes ens predicari in quid. Num. 28. Soluntur rationes probantes ens non predicari in quid de suis passionibus. Num. 29. Concluditur ens non predicari in quid de suis passionibus.

Aperitur in communi subsequentium  
Disputationum status.

Num. 1.  
Aperitur  
modus proce-  
dendi.

**E**adem viâ, quâ in Dialecticis pro-  
cessimus, in his Metaphysicalibus  
incedemus, nimur per Disputa-  
tiones, quarum qualibet in Parti-

tiones, & Partitio quævis ( si grauis multumque  
controversia sit difficultas ) in Clypeos distri-  
buerit; tandemque decisio nostra subsequetur.

Intentum autem nostrum est, facilioribus,  
& communiter receptis dogmatibus non diu-  
tiis altercando inharrere, sed tantum transuen-  
ter prælibatis, ad ea, quæ sedulo examine indi-  
gent, præteruolare. Itaque ante partitiones sub  
illo titulo, Aperitur disputationis status, vulga-  
riter receptam doctrinam summarie præmire-  
mus; quamnam verò postea ad controversiam  
reducenda sint, indicabimus; quid enim in tri-  
tis, queque apud quousque ut certa reperire est  
Metaphysicos, præstat immorari, hicque diffi-  
cile transcribere? Ne ergo in Suarissimam pra-  
fens opus excrescat Metaphysicam, terreatue  
sua prolixitate legere affectantes, præstatam me-  
thodum in omnibus sumus amplexuri.

Circa naturam Metaphysices per triginta  
ad minus valde amplas paginas totus detinetur  
Suarez, tota, inquam, disputatione prima Me-  
taph. Quia tamen ea omnia, quæ naturam Me-  
taphysices concernunt, iam in scholis pacificè  
solent admitti, ideò paucis sic ea habeto.

**P**rimum est: Nomen Metaphysicæ deri-  
natur à *naturæ*, quod est supra, & *formæ*, natura-  
lia, quasi scientia de ijs, quæ sunt supra naturam, sumpto nomine naturæ, prout definitur apud  
Physicos, *principium motus & quietis*.

**S**econdum: Metaphysica varijs insignitur  
nominibus, sed præcipue vocatur *Theologia na-  
turalis*, eo quod agat de Deo, in quantum lu-  
mine naturali à nobis attingi potest. Item & *Sa-  
piencia*, quia est cognitio rerum per altissimas  
causas, vnde hæc duo præalii scientijs naturali-  
bus sibi vendicabit, & quod sit scientia, & quod  
sit sapientia.

**T**ertium est: de eius obiecto, de quo multi-  
plex solet afferri opinio, dum alij afferunt esse  
ipsum Deum vt Apharamius apud Albertum  
Magnum initio Metaphysicæ. Alij Ens, vt com-  
prehendit Ens per se, Ens per accidentem, & Entia  
rationis. Alij substantiam immaterialem, Deum  
videlicet, & Angelos. Alij Ens reale diutum in  
prædicamenta. Alij substantiam, vt importat  
materiale, & spiritalem.

His tamen neglectis opinionibus vñanimi  
consensu iam adstruunt Metaphysici obiectum  
huius scientiæ esse Ens vt Ens, intelligendo scilicet

Num. 1.  
Explicatur  
succinctè na-  
tura Meta-  
physicæ.